

quid est, habeat rationem sufficientem, cur sit; et ut quaevis ratio sufficiens, dum est, habeat quoque suam rationatum, non tamen rationatum necessario existit, nisi ex hypothesi, quod ejus ratio sufficiens, quae contingenter existit, extet; et nec ratio sufficiens necessario existit, nisi ex hypothesi, quod contingenter ponatur; prorsus sicut necessitas, quam mundus nunc existit, consequitur hypothesin, quod existat, quolibet enim dum est, necessario est. Jam vero necessitas, quae in hypothesi quadam contingente innititur, contingentiā nequaquam tollit.

2. Omnes veritates, quae per principium contradictionis immediate demonstrantur, sunt absolute necessariae: ergo etiam omnes veritates, quae per principium contradictionis mediate demonstrantur, sunt absolute necessariae, c. p. Ideo primum: quia eas veritates non possunt esse aliter propter principium contradictionis; sed etiam id contigit in his, quae mediate ex principio contradictionis demonstrantur: ergo si etc. etc.

*R. c. ant n. con. ad prob c. M. n. m. Ratio dispar est; quod propter principium contradictionis ita est, id ita est, qui si ita non esset, idem simili esset et non esset, ut patet in rotunditate circuli; atque hoc contingit in iis veritatis, quae immediate per principium contradictionis demonstrantur. Contra quod propter principium rationis sufficiens ita est, id ita est, quia, cum utrumque esse possit, adest ratio sufficiens, ut ita sit, et non adest ratio sufficiens, ut non ita sed altera sit, ut patet in existentia mundi: hoc evenit in veritatis, quae mediate solum per principium contradictionis demonstrantur. Colligimus id ex ipsa veritatem naturae; quia principium nec efficit, nec immutat; ipsae enim veritates ob naturam, quam autem habent, aptae sunt, ut ad hoc potius, quam illud principium immediate reducantur. Discrimen porro duplicitis hujus demonstrationis in eo ponitur: demonstratio ex principio contradictionis immediate petitā versatur circa essentias rerum per se necessarias, et quae cum iis connectuntur, generaliter procedit, atque ab omni hypothesi vel statu abstractit, ut patet in quibus theoremate geometrico; demonstratio vero ex eodem mediate, atque vel hoc ipso ex principio rationis sufficiens immediate ducta agit de existentiis rerum de se contingentibus, et ad casus singulares restrinquit, postquam hypothesis contingenter quod vel ratio sufficiens vel rationatum, jam existat. Ita exempli causa ex eo, quod mundus ut rationatum existat, demonstro existentiam rationis sufficiens, voluntatis nampe Dei; aut ab opposito, si aliunde notum foret inesse in Deo voluntatem, ut mundus existat, demonstrare inde existere quoque eis rationatum, nimis mundum: jam queso, sequitur inde, aut. Deum necessario velut, ut mundus necessario existere, tametsi absolute repugnat, ut vel positio Dei voluntate mundus, vel positio mundo Dei voluntas non existat?*

## SECTIO II.

### DE PROPRIETATIBUS ENTUM MAXIME UNIVERSALIBUS.

#### QUAE HUJUS SECTIONIS SUMMA?

XXVIII. Statutis iam primis demonstrationum principiis ipsa entis notio, ac universales ejus proprietates investigandae veniunt (*§. 7.*). Campus hic quidem se aperit latissimus: ego tamen ea solum seligam, quae prae reliquis scitu necessaria sunt, et eo unumquodque ordine adducam, qui subsequentibus demonstrandis inservit.

### C A P U T I.

#### *De Impossibili, et Possibili.*

#### QUID IMPOSSIBILE, ET POSSIMILE?

XXIX. *Impossibile* vocamus illud, quod in suis notis essentialibus contradictionem involvit, ut *circulus quadratus*; est enim impossibile, ut aliquid simili sit, et non sit. *Possible* contra illud est, cujus notae essentiales sibi non opponuntur; ut *circulus rotundus*.

*Coroll. 1.* Cum notae oppositae consociantur, notae quae ponuntur, simul tolluntur, proindeque nihil remanet, sicut cum a positio tertario auster tertarius: igitur impossibile est nihilum.

*Coroll. 2.* Impossibilis nulla datur idea, et si qua haberit putetur, fallax est, seu deceptrix, ac termino inani exprimenda (*§§. 51. cor. 3. schol. 5. et 77. schol. log. j.*)

*Coroll. 3.* Et ab omnipotente possibile est *aliquid*, potestque aliqua idea reprezentari, et omnis idea, in qua non conjugantur notae sibi oppositae, est vera idea, habetque objectum possibile.

*Schol. 1.* Etiam possibile, quandom non existit, nihilum est; quare, ut discrimen statuatur, illud *nihilum positivum*: impossibile vero, *nihilum negativum* vocant philosophi. Inde intelligi potest sensus canonis: *ex nihilo nihil fit*: ex nihilo nimis negativo effici omnino nihil potest.

*Schol. 2.* Ex eo, quod nulla de impossibili idea formari possit, non sequitur, omne id, quod intelligere non possumus, esse impossibile, ut pessime ratiocinatur Joan. Clericus; sed horum velut oblitus sanioris paulo post praecepit: *impossibilita igitur dicere non possumus, quae nescimus, an una consistere, queant, nec. ne;* hoc autem nescimus, quando eorum, quae comparamus, *natura nobis ignota est* (*Praef. ad Ontol. §. 8. Ontol. cap. 14. §. 8.*).

QUID POSSIBILITAS INTERNA, ET EXTERNA – QVIS CONTROVERSIA STATUS?

XXX. Possibile vel in se, notisque suis essentialibus, quae secum non pregnant, spectatur, vel referunt ad vim et efficaciam causae, a qua prodicit potest: illud *interne*, hoc *externe* possibile esse dicitur. *Schol.* Sic, quia non repugnat, ut ex marmore fiat statua, haec inter-

ne est possibilis; at si ponas nullum extare artificem, eadem erit externe impossibilis; quod si s' existat, statua tam interne, quam externe possibilis evadit. Est igitur possibilis interna ipsa in notis essentialibus contradictionis absentia, seu quod idem est, *habilitas ad existendum fundata in concordia notarum essentialium*; externa vero *habilitas ad existendum fundata in vi*, a virtute causae, productus, habeturque, cum adest causa que possit producere id, quod interna possibilite gaudet. Facile porro inde colliges, quid sit impossibilitas interna, ac externa. Verum haec possibilis rerum partitio acres nacta est inter philosophos adversarios, unde necessit' est, ut solidis confirmetur argumentis: quod ut rite fit, primis omniis controversiae status ante tironum oculos ponendus est (§. 202. sch. l. 1. log.). Quæstio haec fere revocatur tota ad res a Deo procreandas: ad hanc enim normam de aliis mutatis mutandis, ratiocinandum erit. Sunt nempe nonnulli, qui omnem possibilitem rerum internam, et habilitatem ad existendum, quae ipsa illarum natura funderet, tollunt, solaque externam fundatum in viribus causas efficientis, sive in Dei omnipotencia agnoscunt; hi regati, cur alter mundus sit possibilis? respondunt, quia Deus est omnipotens. Sunt ex adverso alii, qui utramque possibilitem propagant, asservantque Deum nihil, quod in natura sua contradictionem involvit, producere posse: horum opinione ratio adaequata, cur aliquid possibile, seu existere posse dicatur, partim ab ipsa rei natura, partim ab omnipotencia Dei repetenda est: quare cum quaeritur, cur alter mundus existere possit? respondunt: quia ob carentiam contradictionis in notis essentialibus habilis est ad existendum, et quia Deus potest potentiam efficiendi, quidquid in se non repugnat. Ultra harum verior sit, iam videamus.

XXXI. Si non datur impossibilitas interna, tunc ideo solum aliquid existere non potest: quia Deus illud nequit efficere. Si non datur impossibilitas interna, tunc ratio cur aliquid existere non possit, non erit in illo ipso, sed in Deo; sed si ratio, cur aliquid existere non possit, est in Deo, tunc ideo solum aliquid existere non potest, quia Deus illud nequit efficere: ergo si non datur impossibilitas interna, ideo solum aliquid existere non potest, quia Deus illud nequit efficere.

*Coroll.* Ergo etiam inverse; si ideo solum aliquid existere non potest, quia Deus illud nequit efficere, tunc non datur impossibilitas ipsius rebus interna.

*Schol.* Theorem praesens per applicationem ad casus singulares minifice illustratur (§. 228. schol. n. 5. log.). Certum est vi principii contradictionis sphaerae quadratae existere non posse, esse set enim, et simul non esset sphaera: fingamus jam in sphaera quadrata non inesse impossibilitatem integrum, quid igitur erit causae, cur tamen existere nequeat? profecto nihil restat aliud, quam ut dicamus sphaerae quadratae ideo solum existere non posse,

qua Deus illam nequit efficere. Similes applicationes in sequentibus hisce theorematibus tote facies.

XXXII. Si aliquid ideo solum existere non potest, quia Deus illud nequit efficere, omnipotenta Dei limitibus circumscribitur. Si aliquid ideo solum existere non potest, quia illud Deus efficere nequit, tum hujus impossibilitatis ad existendum nulla alia ratione cogitari quidem potest, quam in hec illitas omnipotentiae divinae; sed si omnipotenta divina imbecillis est, ea limitibus circumscribitur: ergo si aliquid ideo solum existere non potest, quia Deus illud non potest efficere, omnipotenta Dei limitibus circumscribitur.

XXXIII. Si non datur impossibilitas interna, omnipotenta Dei limitibus circumscribitur. Si non datur impossibilitas interna, tum aliquid ideo solum existere non potest, quia Deus illud nequit efficere (§. 31.); sed si aliquid ideo solum existere non potest, quia Deus illud nequit efficere, tum omnipotenta Dei limitibus circumscribitur (§. praecc.); ergo si non datur impossibilitas in ipsis rebus interna, omnipotenta Dei limitibus circumscrivitur.

XXXIV. Si non datur impossibilitas interna; etiam non datur impossibilitas interna. Si non datur impossibilitas interna, tunc ideo solum aliquid potest existere, quia Deus illud potest efficere: ergo etiam ideo solum aliquid non potest existere, quia Deus illud non potest efficere: sed si ideo solum aliquid non potest existere, quia Deus illud nequit efficere, tum non datur impossibilitas interna (§. 31. cor.) ergo si non datur impossibilitas interna, neque datur impossibilitas interna, omnipotenta Dei est limitata.

XXXV. Si non datur impossibilitas interna, omnipotenta Dei est limitata. Si non datur impossibilitas interna, etiam non datur impossibilitas interna (§. praecc.); sed si non datur impossibilitas interna, omnipotenta Dei est limitata (§. 33.); ergo si non datur impossibilitas interna, omnipotenta Dei est limitata.

#### DATUR POSSIBILITAS INTERNAE

XXXVI. Datur possibilis interna: Si non datur possibilis interna, omnipotenta Dei est limitata (§. praecc.); sed omnipotentiam Dei esse limitatam est manifeste contradictionem, et absurdum: ergo datur possibilis interna.

*Coroll.* 1. Adaequata igitur ratio, cur aliquid possit existere, non in sola omnipotencia Dei reponitur, sed requiritur praeter ea habilitas rei interna ad existendum.

*Coroll.* 2. Omnipotenta Dei se porrigit ad omnia, et sola possibilia, sive, ut ajunt, producibilia: hinc rite definitur, quod sit *potentia*, quae potest efficere, quidquid est possibile, estque ipsa rerum possibilis externa.

*Coroll.* 3. Universum nunquam potest dari externa rei cejsiplam possibilis sine interna; et neque interna sine externa, attamen compare duntaxat ad Deum: inde si vis demonstrare argumento positivo, posse a Deo aliquid effici, antea demonstrandum tibi erit, illud in se non repugnare.

## AUGMENTIS ADVERSARIORUM RESPONDUNTUR.

*Schol.* Quae ab adversariis opponuntur, haec fere sunt. Ajunt.

1.) Ponuntque hypothesim per se quidem absurdam. Si nimirum fin-  
gamus cessare quasi, vel tolli in Deo omnipotentiam, tolleretur eo  
ipso omnis rerum possibilias. Inde sic inferunt: illud, quo subla-  
to tollitur omnis rerum possibilias, est sola; et adaequata ratio  
omnis possibilis, sed sublata in Deo omnipotencia tollitur omnis  
rerum possibilias: ergo omnipotentia Dei est sola; et adaequata  
ratio omnis possibilis.

*R.* d. M. illud, quo sublato tollitur *formaliter* omnis rerum possi-  
bilias, est sola etc. c. M. illud, quo sublato tollitur partim *for-  
maliter*, partim *consequenter* omnis rerum possibilias, est sola;  
et adaequata ratio omnis possibilis, n. M. et sic d. m. n. con.  
Cum omnipotentia Dei vi definitionis sua sit *solum* possibilias  
rerum externa (§. praece. cor. 2.), ea sublata tollitur quidem *for-  
maliter* possibilis externa, interna vero tantum *consequenter*; ex  
eo enim, quod tollant in Deo omnipotentiam, per conclusionem  
legitimam infero nullam amplius *apertissimam* internum rerum possi-  
bilitatem; nimirum, cum omnipotentia sit potentia, qua potest  
producente quidquid est possibile, tamdui fingere non possum ces-  
sare in Deo omnipotentiam, quamvis cogite superesse aliquid,  
quod sit in se possibile. Dictror porro aliqua vel intellecta, vel  
posita, vel ablata *formaliter*, vel intelligi, vel ponit, vel auferit  
illud omne, et solum, quod in rei illius conceput formaliter, id est, in  
definitione essentiali ponitur ut *essentiale constitutivum*, vel ut  
nonnulli cum veteribus dicunt, quod *importatur in recto*; illud  
contra re aliqua intellecta, positiva, vel ablata *consequenter* intel-  
ligitur, ponitur, vel auferitur, quod vel proorsus in definitione rei  
locum non habet, sed tamen cum uno ex constitutivis connectitur,  
vel ponitur quidem in definitione, an non ut constitutivum, verum  
duntaxat ut *terminus seu objectum*, vel ut alii loquuntur, *importatur in obliquo*: sic posito, vel ablato homine formaliter ponit-  
tur, vel auferit vis sentiendi, et ratione iudicandi, consequenter vero  
capacitas eruditio: sic quoque ablata omnipotentia Dei tollit  
formaliter possibilis externa, que in ejus definitione in *recto*, et  
consequenter interna, quae in *obliquo* importatur; cum sit  
potentia potest producere omne possibile. Jam vero ex eo, quod  
sublata omnipotentia Dei interna rerum possibilias consequenter  
tollatur, nequitquam sequitur hanc omnipotentiam esse solam, et  
adaequata ratione omnis rerum possibilis; sicut ex eo, quod  
si nullus in republica male agat, sceleris formaliter cesserent et con-  
sequenter actus acquisiti vindicativa, non sequitur justitiam vin-  
dicativam constitui per sceleram, aut vicissim.

2.) Aliam, nec minus absurdam adferunt hypothesis, qua singitur  
Deus non existere, ajuntque: in hypothesis Dei non existentis nulla  
res esset possibilis; ergo tota rerum possibilas sita est in Deo,

atque adeo in ejus omnipotentia. Ant. p. quod interne est possibi-  
le, potest existere; sed in hypothesi Dei non existentis nulla res  
posset existere: ergo in hypothesis Dei non existentis nulla res ne  
interne quidem fore possit. Addunt: Deus non existente ipsa  
rerum essentia perire: ergo nulla res posset existere ex defectu  
habilitatis internae; ubi enim nulla est essentia, ibi nulla est no-  
tarum essentialium concordia, hac vero absente ipsa res interna  
habilitas ad existendum deficit.

d. a. *externe*, c. *ant. interne*, n. *ant. et con.* Etiam in hac hy-  
pothesi manerent verae ejusmodi enuntiationes, *notae essentia-  
les hujus, vel illius rei non involvunt contradictionem*: ac proin-  
de posset res ratione suas essentias existere, gauderetque possi-  
bilitate interna, perire tamen possibilias res externa, quia Deus  
non existente nulla extaret causa vi eam producendi instructa. Sic  
si ponamus nullum existere in orbe artificem, qui ex hoc marmo-  
re solat effigie statuam, statua quidem erit externe impossibilis,  
interne tamen possibilis, quia vera manet haec propositio; non  
est *contradictorium*, ut ex marmore statua efficiatur. Nisi di-  
cas ex una contradictione sequi alteram: sed ab hoc obiecto ab-  
strahit.

Ad prob. d. M. potest existere, ita tamen, ut egeat actione cau-  
sae efficientis ad accipiendam existentiam realem, c. M. ut  
ea non egeat, n. M. d. m. sed in hypothesi Dei non existentis nulla  
res posset existere, idque ex defectu actionis causae efficientis  
c. m. idque ex defectu habilitatis internae, n. m. et con. Si  
Deus non existere, nulla extaret causa, quae rem ab concordiam  
notarum essentialium de se quidem habilem, attamen de se quo-  
que indiferentem ad existendum producat: petet igitur, etiam in  
hypothesi Dei non existentis sublata possibilis externa rema-  
nere internam, rationeque, cur tum res existere non possent, non  
in defectu habilitatis internae, sed in absentiam causae produ-  
centis refundi debere.

Ad id, quod additur, rursus d. ant. Deus non existere ipsa rerum es-  
sentia proxime intelligibilis perire, c. ant. etiam *remote intelligibilis*, n. ant. et con. Essentia entis, ut entis, est ipsa ejus possi-  
bilis; ut in sequente capite patet: *deficit intelligibilis*, cum  
sit in statu pure logico, consistatque in veritate *objectiva*: *ens hoc in suis notis essentialibus non involvit contradictionem*:  
haec porro veritas, ut quaevis alia, est per se intelligibilis nec id  
habet a quoquam intellectu, est enim per se apta, ut ab aliquo  
intellectu cognoscit possit, neque generatim loquendo, intellectus  
efficit veritates *intelligibilis*, sed *intellectus*; atque haec est *re-  
mota veritatem intelligibilis proxima* vero tum adesse censem-  
da cum adest intellectus, cuius objectum veritas quaquevis actu  
esse possit. Cum igitur Deus non existente nullus existeret intellectus,  
perirent omnino in absurdia hac hypothesis essentiae rerum  
et sunt proximo intelligibilis; at hoc non efficit, ut essentiae re-

rum, prout remote, et in se sunt intelligibiles, non remaneant, atque adeo etiam, ut Deo non existente nulla detur rerum possibilis interna.

3.) Rem esse possibilem, et rem possa a Deo effici idem significat; sed rem posse a Deo effici habetur a sola Dei omnipotencia: ergo etiam rem esse possibilem habetur a sola Dei omnipotencia.

R. d. M. rem esse tam interne, quam externe possibilem et rem posse a Deo, effici, idem significat, c. M. rem esse interne solum possibilem, et rem etc. n. M. d. m. sed rem posse a Deo effici *supposita* jam possibilis interna, habetur a sola Dei omnipotencia, c. m. hac non supposita n. m. et con. Cum dico: res haec est possibilis, nihil aliud dico, quam essentiales rei hujus notae nob involunt contradictionem, in quem concepit, ut pater, omnipotencia Dei non ingreditur; cum vero dico: res haec potest a Deo effici, dico: Deus habet potentiam hanc rem ex se habet ad existendum efficiendi; hic vero conceptus, cum et potentiam Dei, et habilitatem rei comprehendat, utramque rei possibiliter tam internam, quam externam significat. Ut igit prior illi huic aquiecat, necesse est, ut hunc sensum contineat: res haec tam interne, quam externe possibilis est. Nec obest, quod hi duo conceptus se mutuo inferant, id enim solum ex arctissima utriusque possibilisitatis coniunctione oritur; est quippe omnipotencia Dei potentia potens producere omne possibile; unde quam Primum res est possibilis Deum illam efficer potest, et quamprimum Deus rem efficer potest, illi in se est possibilis. Paritas ab intellectu divino perita rem mirifico illustrat; nam hie quoque omnes, et solum illud, quod intelligibile est, intelligit.

4.) Possibilitas haec interna foret aeterna; sed praeter Deum nihil potest esse aeternum; ergo id genus possibilis dari non potest. n. p. Nihil potest esse omniscience, vel omnipotens praeter Deum etiam tantum in, et pro statu logico: ergo etiam nihil potest esse aeternum tantum, et in pro statu logico praeter Deum c. p. Ideo nihil potest esse omniscium etc., quia omniscientia vel omnipotencia sunt attributa soli enti infinito propria; sed etiam aeternitas est attributum soli enti infinito proprium: ergo si nihil potest esse omniscium etc. etc.

R. d. M. foret aeterna in et pro statu logico c. M. in, et pro statu physico, n. M. sic d. m. n. con. Possibilitas rerum interna consistens in hac veritate objectiva: res in suis notis essentialibus non involvit contradictionem, eos solum sensu aeterna est, quod haec enunciatio semper fuerit vera, ac nullum momentum concepi possit, quo cum veritate dici potuisse falsa, quodque veritas haec de se semper fuerit intelligibilis, et reapse ab intellectu divino a tota aeternitate intellecta. Jam vero aeternitas fali est dyntaxis logica, et idealis, neque propterea possibiliter interna aliquid reips physice et in statu actuali fuit ab aeterno, multo minusinde aliquid contra Deum, cui soli aeternitas physica competit, ergui potest. Eo-

dem prorsus sensu possibilis interna dicitur *necessaria*, ac immutabilis, quod nimur a tota aeternitate necessarium et immutabile fuerit, ut hanc enuntiatio vera sit: res in suis notis essentialibus non involvit contradictionem; unde haec pariter necessitas ac immutabilitas ad statum dyntaxat logicum pertinet.

*Ad prob. c. anti. n. con. ad hujus prob. d. M.* quia omniscientia, vel omnipotencia, sunt attributa soli enti infinito tam quando statum logicum, quam quoad statum physicum, propria, c. M. tantum quoad statum physicum, n. M. sic d. m. n. con. Omnipotencia, omniscientia, aliaeque similes perfectiones sunt attributa ejus generis, ac naturae, ut si vel in statu logico darentur, juxta inde concluderetur dari ens infinitum saltem in genere scientiae et potentiae etc, atque inde haec attributa non modo pro statu physico, vero etiam pro statu logico soli enti infinito competunt, quam ob rationem dari nequeunt in statu pure logico, absolute enim reputant, ut deus ens infinitum in statu pure logico, cum illud deberet posse produci. Ab opposito vero aeternitas logica est ejusmodi attributum, ut de se sola non efficiat ens ullo in genere infinitum; et si enim deuterens in statu logico aeternum, non tamen valebit haec conclusio: datur ens infinitum in statu logico, Ratio est: quia ad ens infinitum non sufficit aeternitas logica, sed requirit omnini physica, cum ens infinitum ob suam infinitatem semper actu existere debeat. Igitur aeternitas physica, non item logica est attributum soli enti infinito proprium.

Quodsi responsive hac non contentus argumentum continuere, dicasque: omniscientia, et omnipotencia sunt attributa soli enti infinito quoad utrumque statum propria: ergo etiam aeternitas est attributum soli enti infinito quoad utrumque statum proprium: ultraeiorum dictorum rationem adferam, ac verum discrimen sic porro exponam. Omniscientia et omnipotencia sunt attributa absoluta, nullamque ad ullum statum relationem habent, at proprie neque cum statu logico, neque cum statu physico connectuntur. Inde si dixeritis omniscium, vel omnipotens in statu logico, deberet illud etiam sic produci posse, atque sic productum maneret omniscium, vel omnipotens in et prostatu quoque physico, hoc est, ens saliens in linea scientiae vel potentiae infinitum. Contra aeternitas logica, vel aeternitas pro statu logico, de qua hic solum sermo est, ita essentialiter connectitur cum statu logico, ut ab illo divelli, et in statum actuali transferri nequaquam possit; cum enim ens, quod vi sua essentiae, seu possibiliter aeternum est, in et pro statu logico producitur, non propter aeternum est in, et pro statu physico, in hoc quippe per sui productionem acquirit initium existendi: quia tamen ens illud jam quidem actuale simul tamen possibile manet, retinetur quoque aeternitas ea, quae ad statum logicum, seu possibiliter pertinet.

5.) Si daretur possibilitas interna, Deus illam in procreandis creaturis praexageret; sed hoc dici non potest, fore enim omnipotens Storchenu Metaph. Lib. I. 3

tentia Dei limitata: ergo. Neque juvat dicere hanc possibilitatem esse solum terminum, vel objectum actionis divinae: nam et si marmor sit tantum terminus, et objectum actionis, tamen artifex, qui sine eo statum efficiere non potest, imperfectus, et limitatus est, quia nempē terminum suae actionis sibi efficiere non potest; ergo pariter idem de omnipotentiā Dei dicendum.

**R. d.M.** tamquam terminum vel objectum suae actionis c. **M.** tamquam caussam adjuvantem, vel determinantem, n. **M.** sic d. m. n. cons. Possibilitas interna, sine qua omnipotentiā Dei agere non potest, non adjuvat omnipotentiā in agendo, nec vires illius supplet, ut cum quis alteri in elevando graviori ponderi succurrat; neque de terminat omnipotentiā Dei ad agendum, sed tam actionem, quam ejus omissionem ipsi prorsus liberam relinquunt; quod si alterutrum horum eveniret, manifeste inde sequeretur limitatio omnipotentiāe divinae. Est igitur haec possibilis objectum duntaxat omnipotentiāe divinae, terminus, in quo ejusdem actione terminatur, vel si mavis, conditio, sīna nullius rei procreatio fieri potest. Neque hoc mirum est, omnis enim potentia ex natura sua requirit aliquod objectum, sunt quippe potentia, et objectum correlative: sic intellectus divinus quoque, et cognoscit, exigit terminum, vel objectum cognoscibile, neque ulli modo, quod cognoscibile non est, cognoscere potest, quin tamen propterea infinitae ejus perfectionis vel minimum decedat. 1gitur etiam omnipotentiā Dei nihil ideo perfectionis amittit, quod ad actionem suam exigat terminum producibilem, et nullo modo producere possit, quod in se producibile, seu possibile non est. Ex his porro patet, quem sensum confineat haec emunitatio: **Deus potest aliquid producere, quia illud est possibile**, si vera esse debeat: nimirum vocabulum **quia** denotat solum conditionem, vel objectum praerequisitum, non vera causam, vel rationem a priori. Nam Deus, quidquid in se est possibile potest producere, **quia** cum sit ens infinitum, ad illius essentiam pertinet posse producere, quidquid est possibile: partitas ab intellectu rursus accomodatisse servit, estque proxima adversariis indidentem inculcanda.

Quod vero ad artificem, de quo supra dictum est, attinet. Artifex materiam physice praexistentem exigit; nequit enim illi existentiam tribuere, sed, quod unum potest, partes diverso modo disponendo figuram inducit. Deus vero, dum possibiliter logicum ut terminum suae actionis exigit, illam simul per eandem actionem ex statu logico in quo physice nihil erat, transfert in statum physicum: unde immensum hoc discrimen oritur in eo positum, quod res producta quoad totum suum esse physicam a Deo; statua vero quoad solam suam formam ab artifice pendeat.

Se dices fortasse: si omnipotentiā Dei sibi non possit efficiere terminum physicum suae actionis, ea forter limitata: ergo etiam cum omnipotentiā Dei non possit efficiere terminum logicum suae actionis, ut ex concessis habetur, ea erit limitata. Verum nego, id, quod

in conclusione inferitur: imprimis enim si omnipotentiā non possit efficiere terminum physicum, tunc res existentes suam existentiam non a Deo, sed vel a se, vel aliunde accipere deberent, quod in Deo imbecillitatem argueret: contra, si omnipotentiā non possit efficiere terminum logicum, tunc omnipotentiā id non potest, quod vi sua essentiae, et naturae posse non debet, atque eam ob rem nullus in illam defectus redundant. Nempe omnipotentiā efficiens sibi terminum logicum suae actionis contradictoria est, et absurdā, quemadmodum intellectus, qui sibi efficiat terminum intelligibilem, repugnat. Jam vero neque potentia contradictoria perfectio dici potest, neque proprieṭa, quod ea desit, nulla in Deus cadit imperfectio; qui potius ideo Deus est infinite perfectus, quia nihil imperfectio in eo contingit. Patent haec omnia iis rationibus, quibus praesentis theorematis veritatem demonstravi.

## QUAE IMPOSSIBILIA GENERA?

**XXXVII.** Sunt et alia impossibilium genera. Imprimis illud, quod (§. 29.) definitum est, dicitur **absolute impossible**: huic oportunitur hypotheticus impossibile, quod sub certis solum adjunctu repugnat; sic repugnant tenebrae in cubili, dum illud a sole illuminatur. Deinde aliud est **metaphysicē**, aliud **physicē**, aliud **moraliter** impossible, illud idem cum **absolute impossible**, ut circulus quadratus; alterum, quod secundum stabilitas a Deo naturae leges horum nequit, sic ignis nequit stupram sibi admotam non comburere: ultimum quod salvis morum, humanaeque prudentiae legibus, aut sine summa quadam difficultate fieri non potest, *velut parentem optimam a filio probō occidi* (conf. §. 162. log.).

**Coroll. 1.** Quod absolute vel metaphysicē est impossible, nunquam fieri potest possibile; contra quod hypotheticus solum impossible est, sublata ea conditione evadit possibile.

**Coroll. 2.** Quod si condito nullo modo tolli possit, id quod quidem solum hypotheticus impossibile est, aequiparatur re ipsa absolute impossible: sic **absolute**, et **metaphysicē impossible est**, quod **Deus salva sapientia, vel bonitate efficiere non potest**.

**Coroll. 3.** Ea, quae physicē, vel moraliter repugnant, ad hypotheticē impossibilia revocari posse per se clarum est.

**Schol.** Quod ad moralam impossibilitatem attinet, duo monenda veniunt. Primum, librorum scriptoribus frequenter in usu est, ut per impossibilitatem absolute pronuntiant solum moralē, aut maiorem aliquam difficultatem intelligent: quare acutum opus est, et si quando hoc vocabulum occurrit, verus sensus ex praescripto legum criticarum (§. 226. sch. log.) exigendus. Alterum: notio impossibilitatis moralis, quam vulgo Leibnitiani statuant, aut prorsus errore, aut saltem universalis non est: audiamus omnium loco Baumeisterum. **Moraliter impossible**, inquit, dicitur illud, quod quidem non in se contradictionem involvit, infert tamen repu-

genantiam in hoc, illoque subiecto ab intercelentibus subjecti illius perfectiones morales (Ontolog. §. 47.). Tum rei explicandas gratia exemplum adjungit: dexterius praeferre meliori, non in se quidem involvit contradictionem, adeoque in se non est impossibile. at Deo tamen id est impossibile ob ipsius sanctitatem, et sapientiam. Tu dexterius itaque praeferre meliori repugnat sapientiae divinae, et sanctitati, tanquam perfectionibus Dei moralibus, adeoque est moraliter impossibile. Haec certe definitio, tametsi, cum de rebus creatiis, quarum perfectio-nes morales contingentes sunt, atque idea abesse possunt, agitur, atque possit ratione tolerari, nullo tamen pacto ad Deum quoque extendi potest, proindeque universalis non est; moralis enim id genus impossibilitatis in Deo a metaphysica nequaquam discreparat. Ratio est, quia quidquid pugnet cum perfectionibus Dei moralibus, est vera imperfectio: autem metaphysica impossibile, ut vera sit in Deo imperfectio: igitur et metaphysice, non solum moraliter impossibile est, ut illud insit in Deo, quod ejus perfectionibus moralibus repugnat. Idem ethica ratione ostenditur: elecio minoris boni est ex mente Baumeisteri Deo hypothetico, nimirum sub conditione, quod in ipso haec perfectiones morales sanctitas, et sapientia insint, impossibilis; atque hanc impossibilitatem ille moraliter vocat, jam vero quis nescit hanc conditionem absolute tolli non posse? evidens enim est Deum, atque ens infinitum, sapientia, ut sanctificate nequaquam carere posse: consequens igitur est, ut moralis haec impossibilitas vim, et efficaciam absolute, ac metaphysice possideat (cor. 2.). Quodsi vero ita, haec Leibnitianorum opinatio Deum fatali cuidam necessitatibus subiect. Sed de hoc alias.

## C A P U T I I L

*De Ente, ejusque Essentia, ac existentia, et quibusdam aliis hic pertinentibus.*

QUID ENA, ET NON ENA?

XXXVIII. Ens voco id, quod est possibile; quod vero impossibile est. Non ens.

QUID DETERMINATUM, ET DETERMINATIO.

XXXIX. Determinatum dicitur, cum ex duobus contradictione oppositus unum est, et alterum non; quodque ex duobus contradictionibus esti competit, determinatio enim appellatur.

Schol. Rem apposite declarat Basinger (Diluc. §. 28.): pensatis casibus, quibus aliquid determinatum dicitur, vel indeterminatum, deprehendo in prioribus remita esse comparatam, ut una propositionum de ea re contradictionarum vera sit, et altera falsa; in posterioribus id non adesse deprehendo. An Titius est dives? dic: Titius est dives, non est dives. Altera pro-

positio est vera, altera falsa. An homo est dives? dic: homo est dives, homo non est dives; non est altera vera, et altera falsa; potest utrumque esse falsa, et utrumque vera, prout subiectum homo vel universaliter sumitur, vel particulariter pro his, aut illis. Prioris dicitur determinata veritas, posterioris indeterminata (conf. §. 38. log.).

QUID REALITAS, DEFECTUS ET LIMES?

XL. Realitas est, quod aliquid ponit in ente, hinc opponitur defectus. Cum igitur contradictionum unum ponat aliquid esse, alterum ponat aliquid non esse, illud est realitas, hoc defectus. Porro realitas vel conjunctur cum aliquo defectu, vel non; illa limitata: haec absolute, seu in infinitum; et defectus posterioris realitas limes, sive terminus audit. Generatum quidquid terminis circumscribitur, limitatum, seu finitum; quod vero nullo limite concluditur, illimitatum, seu infinitum est.

Coroll. 1. Omnis determinatio in ente vel realitas est, vel defectus.

Coroll. 2. Quidquid cogitari potest, vel finitum est, vel infinitum.

XLI. Id, quod nullam negationem involvit, est possibile. Quod non involvit contradictionem, illud est possibile (§. 29.); sed quod nullam negationem involvit, neque contradictionem involvit (§. 114. cor. 1. log.): ergo, id, quod nullam involvit negationem, est possibile.

NULLA REALITAS IN SE NEGATIONEM CONTINET.

XLII. Nullas realitas in se spectata negationem involvit. Realitas in se spectata est vel absoluta vel limitata (§. 40.); sed neutra in se spectata negationem involvit; non illa; cum enim sit absque defectu, merum esse, et nullum non esse involvit: non haec, si enim in se spectatur, abstrahitur a defectu, quocum conjungitur, et consideratur duxata, ut est realitas, ac proinde rursus merum esse, et nullum non esse involvit: ergo nulla realitas in se spectata negationem involvit.

Coroll. 1. Omnis realitas in se spectata est possibilis (§. 41.).

Coroll. 2. Realitas, quae possibilis est ut limitata, etiam possibilis est ut absoluta.

NULLA REALITAS ALTERI CONTRADICITUR.

XLIII. Nulla realitas in se spectata alteri realitati pariter in se spectatae contradicit. Ubi nulla est negatio, ibi nulla est contradictione (§. 114. cor. 1. log.) sed nulla realitas in se spectata negationem involvit (§. praecl.): ergo nulla realitas in se spectata alteri pariter in se spectatae contradicit.

Coroll. 1. Quidquid realitatis in se spectatae contradicit, illud non est realitas in se spectata, sed vel defectus, vel realitas cum defectu conjuncta.

Coroll. 2. Omnes possibles realitates absolutae in eodem ente componi possunt, atque adeo ens omnibus possibilibus realitatibus absolutis praeditum est possibile.

## QUID ENS POSITIVUM, PRIVATIVUM, ET NEGATIVUM?

**XLIV.** *Eos positivum dicunt, cum concipiatur quaepiam realitas, ut visio, cum vero defectus tamquam realitas cogitatur, oritur ens privativum; quando referunt ad subjectum oppositae realitatis recipienda capax, ut *cœcitas in homine*; vel *negativum* in caso operto ut *cœcitas in lapide*.*

## QUID VOCABULA NEGATIVA?

**Schol.** i. *Cavendum magnopere, ne in dijudicandis realitatibus ac defectibus grammatica vocabulorum etymologia deludamur; pauperitas enim, verbi gratia, etsi videatur affirmatione sonare, non est defectum; contra infinitas, licet negationis speciem praferat, realitatem indicat. Universum vocabulo negativa absentiam ideas, ruris positivum explicant, velut *instipidum, silentium, nihil, quemadmodum* egregie docet Lockius (*Essay concer. l. entend. hum. l. 2. ch. 8. §. 5.*), est nimurum negatio separatio unius ideae ab altera; hancque separationem, quae est positivus mentis actus, vocabulo *nihil*, vel alio quovis negativo exprimimus. Vide P. Buffier (*Trait. de prime. ret. p. 2. ch. 25. nro. 357. etc.*) (*conf. §. 77. sch. log.*).*

## QUID ENS RATIONIS FICTUM ET IMAGINARUM?

**Schol.** 2. *Faciunt etiam mentionem *ensis rationis facti, et imaginarii*. Primum illud est, quod extra mentis conceptum ita, ut cogitatur, existere nequit, qualia sunt omnia objecta idearum abstractarum (§. 73, sch. 2. log.). Alterum, quod tametsi eidem existentia repugnat, nos tamen ob ideam aliquam deceptricem (§. 77, schol. log.) existere posse prae sumimus, ut est *res publica atheorum a baylo conficta*. Ultimum quod idea imaginaria repraesentatur (§. 151, schol. log.) ut *memoria velut idearum receptaculum* concepta.*

## QUID ESSENTIA?

**XLV.** *Essentia est nota, quae, quod ceterae, quae in ente insunt, ex eadem proficiunt, primo a nobis loco concipienda est (*conf. §. 52. log.*). Si plures hac proprietate gaudeant, *essentialia*, dicuntur: *ut vis cogitandi in spiritu; vis sentiendi, et ratiocinandi in homine*. **Coroll.** Per se patet essentiam esse determinationem entis (§. 39.). **Schol.** Cum per id genus notas res qualibet in certa entium classe constituant, atque ab omnibus aliis discernatur, veteres dixerunt essentiam esse id, per quod *res est præcise haec res, et non alia*, similque ab omnibus aliis differt, ac eam *quiditudinem* vocarunt, quod per essentiam respondet ad quaestioneum; *quid res sit?**

## POSSIBILITAS EST ESSENTIA ENTIS.

**XLVI.** *Possibilitas est essentia entis generatim spectata. Quidquid possibile est, ens est (§. 38.): ergo in ente generatim spectato*

DE ENTE, ejusque *Essentia, etc.*

55

possibilitas primo loco concipi debet; sed essentia est id, quod primo loco concipi debet (§. præc.): ergo possibilis est essentia entis generatim spectata.

**Coroll.** Claram quoque est, quodvis ens habens suam essentiam, nec eadem unquam expoliari posse.

**Schol.** Sicut vero essentia entis generatim spectata est eius possibilis in genere; ita quoque entis cuiuslibet ad certam speciem determinata essentia est eius possibilis ad eam speciem redacta, sive modus, quo ens eius speciei possibile est; *sic spiritus per vim cogitandi, animal per vim sentiendi, homo per vim sentiendi et ratiocinandi, horologium per taliter talium partium nexum possibile est*. Porro diligenter advertat philosophus, essentiam, de qua hic sermo est, esse duntaxat metaphysicam, seu idealem; realism enim, sive physica per collectionem omnium proprietatum rel existenti per ipsa convenientium constituitur, ut monui (§. 36, sch. 2. log.). Videri quoque potest P. Buffier (*Traité de prim. ver. p. 2. ch. 2. 4. 5.*).

**XLVII.** *Unum generatim nota divisionis negationem. Si a sit unum, b unum, c unum, d unum etc. a, b, c, d, etc. dicuntur multa. Unitas metaphysica est negatio divisionis essentialium; multorum collectio multitudine vocatur. Videatur Dariesius.*

## QUID UNUM ET MULTA?

**Schol.** Philosophi præterea distinguunt unum per se, et unum per accidens; illud est, cum multa, quae unum constituant, a natura ipsa ad eam compositionem ordinantur, ut *homo constat corpore, et animo*; hoc, cum multa temere in unum convenient, ut *acerbus lapidum temere congestorum* (*Phil. prim. §§. 21. et 22.*). Alio vero, et minus proprio sensu sumunt preceo, quod est *unicum*, ut cum dicimus: *Deus est unus*.

## OMNE ENS UNUM EST.

**XLVIII.** *Omne ens unum est. Cum ponitur ens, ponitur omne id, per quod ens est hoc et non aliud, id est, ponuntur omnia essentialia; ergo ponitur negatio divisionis essentialium; sed haec est unitas (§. præc.); ergo cum ponitur ens, ponitur unitas, seu quod idem est, omne ens est unus.*

**Schol.** Inde haec axiomata patefiant: *essentia rerum sunt indivisibilis, sicut sicut numeri, non recipiunt magis et minus. Numeri* quarternarius, exempli gratia, est numerus unus, constatque quatuor unitatibus: haec sunt quidem de se separabiles, verum, ut constituant quarternari essentiam, separari nequeunt; addere unitatem, subtrahere quarternario habebis quintum; dome unitatem, erit ternarius.

## QUID SUBJECTUM ET AFFECTIO?

**XLIX.** *Affectiones sunt ea, quae enti convenient, nec tamen ad essentialia referri possunt: ens vero spectatum ut habens essentialia, et præterea affectionum capax, subjectum vocabo.*

*Coroll.* Determinations igitur entis vel sunt essentialia (§. 45, cor.), vel affectiones.

## QUAR DIVERSITAS INTER POSSIBILE ET EXISTENS?

**L.** Quaestio, quid sit? a quaestione, an sit? diversa est; igitur et essentia, per quam ad illam (§. 45, scol.), ab existentia, per quam ad hanc responderetur, differt; sed essentia, entis generatim spectati est ejus possibilitas (§. 46.); ergo sola possibilias ab essentia differt; et ex eo, quod aliquid sit possibile, non sequitur idem quoque existere, seu, ut habet canop: *a posse ad esse non valet illatio*. Porro quod existit, est quoque possibile: si enim non esset possibile, foret illud impossibile, et contradictione involveret, atque adeo simul esset, et non esset, quod absurdum est (§. 11.); igitur et alterius canonis veritas patet: *ad esse ad posse valet illatio*.

*Coroll.* 1. Possibile igitur est vel existens, vel non existens; illud *actuale*, hoc *nudum*, vel *merum* possibile dicimus. Cum vero omne possibile sit ens (§. 38.), patet cur ens dividatur in *potentiale*, et *actuale*.

*Coroll.* 2. Quod possibile est opponitur impossibili, vel existenti; hoc rursus *merum* vel *nudum*: illud *logicum* vocatur.

*Coroll.* 3. In possibili actuali plus concipio, quam in modo possibili: igitur existens plus est, quam nudum possibile; inde recte dico illud existere, cuius essentia est plus, quam nude possibilis.

## QUID EXISTENTIA?

**LII.** Existentia est modus, seu status essentiae, quo ea est plus, quam nude possibilis.

*Schol.* Idea existentiae est omnino simplex, quae ratio est, cur accurate definiri nequaat (§. 84. cor. 3. log.); sed nullum inde detrimentum capimus: res enim per se magis omnibus nota est, quam ut oratione lucidior fiat.

## QUID ENS A SE, ET AB ALIO?

**LIII.** Enti actuali, sive existenti, repugnat non existentiam manifestum est (§. 11.). Jam vero omnis repugnantia, seu impossibilitas est vel absolute, vel hypotheticus (§. 37.); ens actuali, cui absolute repugnat non existentia, *a se existere*; cui vero solum hypotheticus repugnat non existentia, *ab alio existere* dicimus.

*Coroll.* 1. Ens a se numquam est, nec esse potest in statu nudae possibilis, atque adeo ipsa ejus possibilitas determinat existentiam, seu quod eodem recedit, ens a se, hoc ipso solum quod sit possibile, existit.

*Coroll.* 2. Contra vero ens ab alio potest esse in statu nudae possibilis, et non sit existens nisi impleta quadam hypothesi.

*Schol.* 1. Cum dicimus ens a se existere, nolumus denotare, id a se ipso effectum esse, universum enim repugnat, ut aliquid se ipsum producat, quod suo loco demonstrabitur; sed hoc solum innovimus, ens illud non egere caussa alia, a qua efficiatur, habereque in sua

essentia rationem sufficientem, cur existat, atque eam ob rem absolute repugnare, ut non sit actuale.

*Schol.* 2. Hypothesis illa, sub qua enti ab alio non existentia repugnat, est actus causarum productivis, sive ipsa productio; cum enim ens ab alio in statu nudae possibilis sit esse possit, eget cassa, a qua existens efficiatur; quamprimum vero productus est, repugnat ut ipsum simul non existat.

## QUAR CONTROVERSA, ETIQUE STATUS?

Res haec occasionem praebuit philosophis duplice in rebus creatis, quae nempe entia ab alio sunt existentiam distinguendi: *förmalem* unam quae sit ratio, sive, ut ajunt, forma, *per quam ens redditus*, et formaliter intelligitur existens, haec eadem est cum ea, quae superioris (§. 51.) definiti: *causalem* alteram, quae sit ratio, ob quam ens existit; haec in actione productivis, ipsius numeri omnipotentiae divinae consistit. Porro de existentia formaliter quaerunt, utrum ea ab essentiis existente, seu actuali realiter distinguatur, id est, utrum forma, quae essentiam actualē, denominat existentem, reapse, et nemine cogitante, ab eadem distincta, versus sit, an non? quae quaestio denique huc reducitur: an hoc concretum *essentia existens*, physicum, vel metaphysicum sit (§. 71. log.)? hoc philosophorum dubium ita resolvo.

**LIII.** Si essentia hoc ipso solum, quod sit producta, jam est existens, tunc existentia ab essentia actuali realiter non distinguatur. Si essentia hoc ipso solum, quod producta sit, jam est existens, tunc datur jam existentia, tametsi praeter essentiam nihil omnino sit productum; sed si datur jam existentia, tametsi praeter essentiam nihil omnino productum sit, tunc existentia ab essentia actuali realiter non distinguatur; ergo si essentia hoc ipso solum, quod sit productum, jam est existens, tunc existentia ab essentia actuali realiter non distinguatur.

**LIV.** *Essentia hoc ipso solum, quod sit producta, jam est existens.* Essentia hoc ipso solum, quod sit producta, jam non est amplius nude possibilis; ergo essentia hoc ipso solum, quod sit producta, jam est plus, quam nude possibilis; sed essentia plus quam nude possibilis est existens (§. 50. cor. 3.); ergo essentia hoc ipso solum, quod sit producta, jam est existens.

## EXISTENTIA AB ESSENTIA REAPSE NON DISTINGUITUR.

**LV.** *Existentia ab essentia actuali realiter non distinguatur.* Si essentia hoc ipso solum quod sit producta, jam est existens, tunc existentia ab essentia actuali realiter non distinguitur (§. 53.); sed essentia hoc ipso solum quod sit producta, jam est existens (§. praecc.); ergo existentia ab essentia actuali realiter non distinguitur.

*Coroll.* Hoc igitur concretum *essentia existens* inter metaphysica referendum est.

*Schol.* 1. Potest et indirecte id ipsum demonstrari. Si essentia a existet per formam distinctam b, tunc etiam forma distincta b ex-

steret per novam formam distinctam c, atque haec rursum per aliam d, et sic porro in infinitum, atque hoc vehementer absurdum est; nimis ut quaevis essentia ad hoc existat, egaat formis numero infinitis reapse inter se distinctis, cui sano id persuadeatur? Neque vero de majoris propositionis veritate jure dubitari potest; omnes enim rationes, quae ex adversariorum mente pugnant pro distinctione reali existentiae ab essentia actuali, eodem prorsus modo pugnant pro distinctione reali secundae existentiae a prima; et tertiae a secunda, et ita porro, ut paulo post palam fiet; vel si id non evincunt, nequaquam priuom efficeretur. Certe si forma b distincta ab essentia a non ager nova forma distincta, sed per se ipsam existere potest, cur non eadem plane modo ipsa essentia a per se ipsa absque forma distincta existere queat? Verum dum distinctionem realem inter essentiam actualem, et existentiam nego, nequaquam simul excludo eam, quae dicitur rationis; queaque sola cogitatione nostra perficiut, id enim aliquoquin ex ipsa concetti metaphysici natura per se consequitur (§. 71. log.). Sed jam adversariorum momenta expendamus.

## DILUVIUM OBJECTA.

Schol. 2. Ajunt 1.) Si existentia ab essentia actuali realiter non distingueretur, tum entia creatura existent per suam essentiam; sed per suam essentiam existere soli Deo competit; ergo. Et id confirmatur ulterius; quia in hac hypothesi entia creatura existentia necessaria, et quidem non solum necessitate quodam consequente, sed omnino absoluta, et antecedente; nam ideo Deus necessitate absoluta existit, quia eius existentia non distinguuntur ab essentia; igitur etiam si in rebus creatris obtinetur, eae existunt necessitate absoluta.

R. d. M. si etc. per suam essentiam formaliter, c. M. per suam essentiam etiam caussaliter n. M. d. m. sed per suam essentiam tam formaliter, quam caussaliter existere soli Deo competit, c. m. solum formaliter, n. m. et con. Entia creatura non habent quidem formam existendi a se distinctam, agent tamen actione causae producentis, ut hanc formam acquirant, id est, ut existant; pendunt igitur a Deo in eo, ut producantur, atque adeo existentiam caussalem non habent sibi internam; neque per suam essentiam caussaliter existunt; ubi tamen Deo producta fuerint, obtinent formam existendi a sua essentia actuali non distinctam; atque adeo per suas essentias formaliter existunt (conf. §. 52. sch. 2.). Contra vero Deus tam caussaliter, quam formaliter per suam essentiam existit, tum quia non existit per formam a sua essentia actuali distinctam, in quo cum quovis ente creatio convenit; tum quia non agit actione causae alterius, ut hanc formam acquirat, eam enim sibi ipsi dat, non quidem hoc sensu, quod se ipsum producit, sed quod non sit ab alio, verum a semetipso, quodque ipsa eius possibilis existentiam determinet (§. 52. cor. 1. et sch. 1.), in

quo sumnum consistit Deum inter, ac entia creata discernere (§. cit. coroll. 2.).

Ad confirmationem ulteriore ajo, entia creata in hac hypothesi existere quidem necessario necessitate aliqua consequente, non item antecedente. Cum enim entia creata non acquirant formam existendi sibi internam, nisi ex hypothesi, quod sint producta, tota necessitas, qua existunt, consequitur hanc hypothesis contingenter, quod sint producta, nimirumque in principio certitudinis, vi ejus quolibet dum est, necessario est. Atque hanc necessitatem ipsi quoque adversarii posita licet distincta existentia admittere coguntur.

In paritate ad extremum adducta falsum est quod in antecedente dicatur: ratio enim, cur Deus necessitate absoluta existat, nequaquam in eo ponitur, quod eius existentia ab essentia actuali non re ipsa distinguatur, sed in eo, quod existentia ipsius per solam possibiliter determinetur, sive quod in ejus essentia possibili continuatur ratio sufficiens ipsius existentiae: inde nimur sequitur, ut Deus eadem necessitate absoluta, qua independenter ab omni alio ente possibili est, etiam existat.

2.) Si existentia ab essentia actuali realiter non distinguetur, tunc existentia entis creati esset semper, et necessario sua existentia; sed hoc absurdum est; rursus enim inveniret necessitatem aliquam antecedentem: ergo.

B. d. M. si etc. iunc essentia *actualis* entis creati esset semper, et necessario sua existentia c. M. essentia nude possibilis n. M. sic a. m. n. con. Cum essentia hoc ipso solum, quod sit producta, jam sit existens, necesse omnino est, ut essentia actualis semper sit sua existentia, quia tamen essentia non efficitur producta, sive actualis nisi per actionem causarum producentium, eadem essentia antehanc actionem in statu nude possibiliter considerata nondum est sua existentia: necessitas igitur, qua essentia necessario est sua existentia, consequitur hypothesis contingenter quod sit producta, et nullo pacto antecedens, seu absoluta est. Idem esto judicium de hac enunciatione: *essentia entis creati est existens;* vera siquidem est, si essentia ponatur producta; falsa autem, si essentia nude possibilis intelligatur.

3.) Essentia actualis est indiferens ad accipiendam existentiam, sed quod est indiferens ad alterum, realiter ab eo distinguitur; ergo. Hanc porro indiferentiam physicam esse haec nitunt ratione ostendere: essentia actualis perficitur per existentiam, sicut quaevis potentia passiva per suum actum, sed quaevis potentia passiva est physice indiferens ad suum actum: ergo etiam essentia actualis est physice indiferens ad existentiam.

R. d. M. Essentia actualis est *logice* indiferens ad accipiendam existentiam, c. M. est *physice* indiferens n. M. sic d. M. m. n. con. Duplice statuunt philosophi indiferentiam unius ad alterum; *physicam*, quae tum habetur, cum aliiquid enti jam existenti ace-